



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Qvaliter Imperatori restitit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](#)

De quo suo in loco dicendum est. Genuit & filium suum  
minis Gvelfum, virum per omnia probatum, qui Dux  
Carinthiorum & Marchiam Veronensem acquisitum  
& strenuissime rexit. Dicitur de eo, quod cum in procida  
esset, & Imperatorem Heinricum tertium, per triduum  
tra statutum tempus, in loco qui dicitur Rungalle, vbito  
exercitus conuenire solet, quod & se venturum iurame  
constrinxerat, praestolaretur, & nec nuncium quidem  
causam morae illius exponeret, haberet, erecto signo  
uocatis Dominis reuersionis iter arripuit. Cui tandem  
perator occurrens nec munieribus nec promissionibus  
saltem minis ab incepta repatriatione remouere potuit.

7.

*QUALITER IMPERATORI  
restitit.*

**Q**uodam etiam tempore cum Imperator Veronenfis  
ciuib[us] exactionem inferens, mille marchas ab eius  
torsisset, ipse ex improviso superueniens, tanta cum sua  
feueritate & contumelia affixit, ut vix Imperator, pecunia  
ex integro redditia, securitatem exeundi obtineret. Ide  
etiam Gvelfo monasterium in mo[n]te antiquum in hono  
re sancti Martini fundauit, nomen VVingartin imposuit,  
quod de villa translatis monachis, & ossib[us] patris sui Gve  
& patrui Heinrici, & qui Rudolfi Ecclesiam priorem Pa  
rochiale[m] esse constituit.

Hic denique Gvelf sub iuuenili aetate, cum esset in  
istro Botamo, morbo correptus est, vidensq[ue] sibi imminentem  
mortem omne patrimonium suum cum ministerialibus  
quia heredem ex se non habuit, ad coenobium Altorensis  
se sancto Martino in perpetuam possessionem donauit,  
hoc perficiendum duobus de Maioribus suis, qui tunc

cum aderant, fidelissimè commisit. Ipse vero diem claudens extreum, illo deportatus est, & cum maximo planctu suorum & totius vicinitatis sepultus. Mox expleta sepultura, quibus iniunctum fuerat donationem perficere volentes prohibiti sunt. Mater enim ipsius sciens se hæredem habere ex filia, missis in Italiā legatis, iussit eum adduci, & veniens penitus donationem interdixit; & se certum & verum esse hæredem proclamauit.

*DE VVELFONE IV. QVI PRIMVS  
fuit Dux Bauariae.*

8.

M. C. A. N. J.  
S. I. I.  
omg. amg.  
S. I. V.  
24

Hie est ille Gvelf, qui primus ex nostris Ducatum Bauariorum adept<sup>o</sup> magnifica multa in eo sicut & in aliis regni partibus peregit. Erat enim vir armis strenuus, consilio prouidus, sapientia tam forensi quam ciuili præditus. Vnde & omnes tempestates bellorum contra se & contra alios in inuicem in finibus suis exortas, magna vel moderatione vel seueritate compescuit. Imperatori, antequam machinationes in mortem suam patrasset, & antequam Ecclesiam Dei manifestè impugnasset, fidelissimè adhærebat; eique cum contra Saxones dimicaret, in tribus funestissimis congressionibus strenuissimè militabat. At vbi multa inhonesta de eo in medium proferebantur; & quod maius est, Dominum Apostolicum Gregorium septimum, Gvyperto Rauennenſi Archiepiscopo intruso, de sede sua expulit, ipse cum aliis Catholicis Principibus ab eo declinavit, & amodo eum multis modis inquietauit. Vnde & cum Sigefrido Augustensi Episcopo, qui parti, imò inhumanitati eius fauebat, diu & acerrimè dimicauit; quem tandem cum multis in ciuitate sua comprehensum in vincula iecit, & in castro Rauenpurch catenatum multo tem-

Aa pore